

## **Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Ecloga IX. Qvirinalivm. De boue, quem Intalensis quidam, cum coniuge  
sua peste residentem B. Qvirino deuouit, & conualecentem anno retinuit,  
qui rursus prostratus voto sanatur & redditur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](#)

*Exponam voti munus non amplius hosti,  
Quod cuncti mecum sine spe laudare receptum.*

*Ducite condigno votis pia dona Q V I R I N O .  
Non ingratus ero neque sensu mentis aberro,  
Quin reddam gratis votorum munia Sanctis,  
Martyre iumentum sed suffragante recepi um  
Qua re cunq; valebo sacris inferre studebo,  
Fur illud neu prædo trahat per cuncta cauebo.*

*Ducite condigno votis pia dona Q V I R I N O .  
Hoc animal vendam, precio mea vota rependam.  
Et melius leuis ibo minusq; pericla subibo,  
Sic nil longarum grauat anxietudo viarum.*

*Ducite condigno votis pia dona Q V I R I N O .  
Suscipe votorum munus patrone meorum,  
Quod mihi sublatum, per te cognosco relatum:  
Quæ tibi seruasti, cape dona; faue famulanti.  
Ecclæcætus tua fert magnalia latus,  
Virtutis præsentis erit per secula testis.*

*Soluite condigno meritis pia vota Q V I R I N O .*

### E C L O G A I X Q V I R I N A L I V M .

*De boue, quem Intalenis quidam, cum coniuge sua p-  
ste residentem B. Q V I R I N O deuouit, & conua-  
lescentem anno retinuit, qui rursus prostratus voto  
sanatur & redditur.*

*Hic agunt Mœris & Lycida.*

**Q** *V O te, Mœri, pedes? an quo via dicit? Moer. Adæs.*

*O Lycida, quid habes, quod me nunc affore gaudes?*

*Eia dic quid ago, quid curandum properabo,*

*Ut tanto dignam damno capiam medicinam?*

Lycid.

Z

En mo-

*En moritur mihi peste iacens bos optimus iste,  
Quo iumentorum robur fletit omne tuorum.  
Dic siquid nosti curæ pro nomine Christi.*

Mœris. *Non aliud tantum noni tam sæpe probatum;  
Si tauro vitam de morte cupis repetitam,  
Fac promittatur languens hic si reparatur,  
Olim diuino medico per secula QVIRINO.*

Lycid. *Magnus patronorum pater, exemplumq; piorum  
Nunc nobis carum reparans habeas tibi aurum,  
Clare QVIRINUS polis radians præ lumine solis.*

Mœris. *Martyr fallere nescit, & en tibi bos reualescit:  
Tu modo pro voto reddendo promptior es.*

Lycid. *Numquid opus nostris rebus credam fore sanctis?  
In regno lucis nihil indigere caducis:*

*Nos quæ latamur per eos reparata, fruamur.  
Ipsi quippe sciant quod opus nobis ea fiunt.*

Mœris. *Sic age, iumentum doleas ne forte retentum,  
Quod videas dirè sub eadem clade perire,*

*Quem pietas Dominis soluit, meritumq; QVIRINI;*

Lycid. *Non adeo magnum scelus es, si seruo per annum.*

Mœris. *Fac quodcūq; noles, sequitur, quod, ut aestimo, noles.*

Lycid. *Nos quoq; cadit res, vos tamen iste iuuabit.*

Mœris. *Heu Lycida quid agis? fies obnoxia plagiis  
Ira cælestis, votis sine lege retentis:*

*Bos non es oblatus adhuc, meat annus abactus:  
Quam tibi formido, casu plangas malefido!*

Lycid. *Tu nimium curas res auguriando futuras,  
Sors homini quam dura nocensq; superflua cura:*

*Quando Deus parcit curis, nec tunc homo parcit.*

Mœris. *Aspice verna foras mens fortè quid anxianoras.*

*Nescio quid causæ resonat tinnitus ab aure.*

Lycid. *De fama tristi nunquam requiescere nosti.*

Qui

Qui male confidunt ipsi sibi prælia singunt.  
En ut dicebam tibi non frustra metuebam,  
Quos duros casus ferret temerarius ausus;  
Colluctans in morte iacet bos ille repente,  
Quem ferit eiectis oculis acerrima pessis;  
Extremum tantum suspirat pectora flatum.  
Ei quid ait? ride sine? scio terrere studes me.  
Surge vide quid agas; haec sunt ioca quæ memorabas.  
Vernula curre ciuo pro cereolo benedicto,  
Hunc properans accendo, bouis per cornua tendo.  
Signatus boue Luca iuua iumenta caduca.  
Ah magis haec obsunt, iam nulla precamina profundit.  
Reddentur si vota, fugiunt mors sponte remota.  
Si viuet, digne tuus hic es! Sancte QVIRINE,  
Solues ergo precamur, eum, dum non mereamur.  
Votiuus pridem tibi bos dignoscitur isdem.  
Quam non prudentes morti dedimus retinentes;  
In saluum dones, & pignus eum tibi pones,  
modo votorum nil nos retinere tuorum.  
Pridem voulisti quod damno detinuisti;  
En hoc iumentum gaudes de morte receptum,  
Cladibus hinc edocet a stude tua reddere vota.  
Sedula conabor, nec in hoc ultra remorabor.  
Cum boue nempe quis ibit, eum qui pellere quibit  
Per montanarum syluis implexa viarum?  
Oeconomus vini Latij de iure QVIRINI  
Id conducturus, propè nos remoratur, iturus,  
Huic votum mittamus & hinc nos expediamus  
Acri tantarum magnoque labore viarum.  
Hoc placet, hoc faciam, taurum transmitto sibi iam.  
Gartio, præpositum scrutatus ab hospite dictum,  
Quo lare versetur quandoue redire putetur,

Mæris.

Lycid.

Mæris.

Lycid.

Mæris.

Lycid.

Mæris.

Lycid.

Mæris.

Lycid.

Fer sibi iumentum nece bis præsentē receptū,  
 Commendans votum dic euentū quoque nostrū.  
 Gartio,  
 Dant vobis dominus meus istud & hospita munus;  
 Indicio signi duplicitis per dona QVIRINI,  
 Bis deuotatum, bis morte graui reuocatum.  
 Oeconomus. Patrono grates agimus, sua dona probantes;  
 Bos tamen hac sibi curte manens deseruiat ife;  
 Nos sua dum veniemus ad ipsum mira canemus.

## ECLOGA X. QVIRINALIVM.

De bucula, quæ apud Torndorff in muro Ecclesie B.  
 QVIRINI se defricans interijt. Et de Rhomberto  
 Altahensi Abbe paralyssi percusso, & ibidem la-  
 nato.

**E**x tremam complere manū, numerū quē tenere.  
 Per Bucolica, quires egit agit mihi vires;  
 Pars restat pauxilla, bouem fert Cantianilla,  
 Danubij villa muliercula federat illa.  
 Cui male curatum pecus ibat quærere pastum,  
 Discursuq[ue] vago dum circuit omnia pago,  
 Attigit incaute domui loca proxima sanctæ,  
 Atria lustrando circa muros spaciando;  
 Hac te vicinæ regiones sede QVIRINE  
 Patronum cepere, perenniter excoluere;  
 BOEMICÆ genti, votis illuc venienti  
 Esse adeò celebris tua signis gloria crebris,  
 Ut cumulent magnis ibi donis sacra quotannis.  
 De specie pecorum munus fert quisqu[ue] suorum,  
 Et viuens quicquid se possedisse domi scit,  
 Pro numero capitum tutat pecus omne redemptum,  
 Confidens certè nihil hinc se perdere peste.

Hil